



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

55. De funesto interitu exercitus Goesici in septimana sancta carnibus
vescentis, & genio indulgentis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

quæ antea tot annis ad cuiusvis templi ing-
 lum vel vera vel ficta, vt verisimilius est
 midine trepidauerat, ecce subito ingens
 clesie columna corruit, ipsamque multo
 inopinato quidem, sed diuino casu per-
 pessundat & conterit. Hæc cum in frequen-
 honoratissimorum virorum cōcessu quidam
 insignis vir narrasset, tandem & ex alijs
 nique ex ipsius monasterij (in quo reser-
 git) antistite verissima cognoui. Sic videtur
 plerunque accidere, vt per quæ quis peccat
 per eadem etiam puniatur. Contempta
 Ecclesiā, quia calce & caducis lapidibus
 pacta esset: Deus Ecclesie sue vindex, per
 illam calce & caducis lapidibus opprimere
 interitum eius, & exemplum ac terroris
 orum, vt discant homines prophani reueren-
 tius sentire & loqui de rebus diuinis & sa-
 cramentis.

*De funesto interitu exercitus Gæfici, in
 mana sancta carnibus vescantis & graui
 dulgentis.*

CAP. LV.

ANno 1575. in septimana sancta,
 Comitis Ludouici à Nassau cōcessu
 religiōe veteri, carnibus pascimur
 bantur, & immodica latitia efferebatur.
 circa D. Philippus Olmenus, (q. nobis mem-
 belli Liuonici conscribendi olim supplicauit)
 uit) vir multæ experientie, magnæ pietatis
 nimi sagacis, resque futuras quandoq. pasci

tientis, feliciter in Domino defunctus. Parochum verò id temporis agens in loco non valdè à castris militum istorum remoto, suos confortabat, vt sacrum quadragesimę tempus pergerent religiosè peragere: illos quidè diuinis humanisq̃ sanctionibus contemptis, nunc strenuè comessari carnibus, victitare & lętari, sed lugubre & funestum Pascha habituros: se verò ac suos fausto & felici Paschate gauisuros. Quod & factum. Nam Catholicis post exactos sanctę quadragesimę labores, Paschalem solennitatem festiuis gaudijs celebrantibus, ecce subitò feria 4. Paschę, vniuersus ille Ludouici exercitus cum ipso Comite Ludouico, omnibusq̃ antesignanis cęsus & interfectus est, paucissimis fuga saluatis. Adhuc escę erāt in ore eorum, inquit Psalmista, & ira Dei ascendit super eos, & gladius Catholicorum deuorauit carnes & carniuoros. Hanc stragem Gerhardus Candidus in appendice historiarum Belgicarum Ioannis Meierij his verbis, succinctè, vt cętera omnia, annotauit. Decimoquarto, inquit, eiusdem mensis Aprilis die, auxiliares copię, quę Auraici vires nitebantur firmare, in Ericeto Mokenfi, vulgo *auff der Moder Heyden* / ab Hispanis fusę sunt, & dissipatę, præcipui exercitus duces, Ludouicus & Henricus Nassouij Comites, & Christophorus Palatinus, nec inter viuos, nec inter mortuos reperti.

Un 4

De